FULM-DD-DD06

78/25

1587 (Felipe II) t

Archivo ... Leg. 31.

Nos don Didacus Fernandes de Cabrera et Bouadilla Comes de Chinchon praefectus domini nostri Regis consiliarius et Thesaurarius generalis Regnorum Coronae Aragonum, Vobis domino Hugoni Berard I. V. d. Regio consiliario et procuratori in Regno Maioricarum salutem et prosperos ad vota succersus, Cum Maiestas domini nostri Regis cum eius provisione nobis directa commisserit et mandauerit nobis potestatem petendi et exigendi Ius et subuentionem marida-gij Iam ab antiquo destinatum et Regiae Curiae pertinens ob matrimonium Inter Ser.^mas Infantem Chaterinam filiam domini nostri Regis et Ducem Sa-baudiae nuper initum ab omnibus vniuersitatibus et singularibus personis in toto dicto Regno Maioricarum et Insulis adiacentibus tentis et obligatis ad solutionem ipsius Iuris et subuentionis ac demandae et habendi et recipien-di pecunias Inde prouenturas et ipsi Regiae Curiae pertinentes per nos aut subs-titutum vel substitutos nostros pro vt haec et alia in dicta Regia prouisio-ne seu commissione manu praefatae Maiestatis firmata, referendata, re-gistrata sigillata et more Regiae Canc.^a expedita continetur, Cuius tenor sequitur sub his verbis, Nos Philippus dei gratia Rex Castellae Aragonum legionis, Vtriusque Siciliae, Hierusalem, Portugaliae, Hungariae, dalmatiae, Croa-tiae, Nauarrae, Granatae, Toleti, Valentiae Galetiae Maioricarum Hispalis, Sar-diniae Cordubae Corsicae, Murtiae Gienis, Algarbij, Algezirae Gibraltaris, Insula-rum Canariae necnon Indiarum Orientalium et Occidentalium Insularum et terrae firmae, Maris Occeani. Archidux Austriae, dux Burgundiae Brabantiae Mediolani Athenarum et Neopatriae, Comes Habspurgij Flandriae, Tirolis Barcinonae, Rossillionis et Ceritaniae, Marchio Oristani et Goceani, Consi-derantes quod pretextu matrimonij inter Serenissimam Infantem Catherinam fi-liam nostram charissimam, et Ill.^mum ducem Sabaudiae diuina fauente gra-tia contracti plurimas opportuit facere expensas adquas sustinendas solita fidelium nostrorum subuentione opus habemus, Hinc est quod habito super hoc consilio et matura deliberatione, proposuimus sicuti Regibus et Princi-pibus Aragonum licitum et permissum est de Iure et consuetudine ac ex preeminentijs Regiae dignitatis Ius maridagij Iam ab antiquo ad id

1547 (Felipe II) t

Arch. ... Leg. 31.

Nos don Didacus Fernandez de Cabrera et Bouadilla Comes de Chinchon praefectus domini nostri Regis consiliarius et Thesaurarius generalis Regnorum Coronae Aragonum, Vobis domino Hugoni Berard I.V.d. Regio consiliario et procuratori In Regno Maioricarum salutem et prosperos ad vota succersus, Cum Maiestas domini nostri Regis cum eius prouisione nobis directa commisserit et mandauerit nobis potestatem petendi et exigendi Jus et subuentionem maridagij Jam ab antiquo destinatum et Regiae Curiae pertinens ob matrimonium Inter Ser.mos Infantem Chaterinam filiam domini nostri Regis et Ducem Sabaudiae nuper initum ab omnibus vniuersitatibus et singularibus personis in toto dicto Regno Maioricarum et Insulis adiacentibus tentis et obligatis ad solutionem ipsius Juris et subuentionis ac demandae et habendi et recipiendi pecunias Inde prouenturas et ipsi Regiae Curiae pertinentes per nos aut substitutum vel substitutos nostros pro vt haec et alia in dicta Regia prouisione seu commissione manu praefatae Maiestatis firmata, referendata, registrata sigillata et more Regiae Canc.a expedita continetur, Cuius tenor sequitur sub his verbis: Nos Philippus II dei gratia Rex Castellae Aragonum legionis, Vtriusque Siciliae, Hierusalem, Portugaliae, Hungariae, dalmatiae, Croatiae, Nauarrae, Granatae, Toleti, Valentiae Galetiae Maioricarum Hispalis, Sardiniae Cordubae Corsicae, Murtiae Giennis, Algarbij, Algezirae Gibraltaris, Insularum Canariae necnon Indiarum Orientalium et Occidentalium Insularum et terrae firmae, Maris Oceani, Archidux Austriae, dux Burgundiae Brabantiae Mediolani Athenarum et Neopatriae, Comes Habspurgij Flandriae, Tirolis Barcinonae, Rossillionis et Ceritaniae, Marchio Oristani et Goceani: Considerantes q pretextu matrimonij inter Serenissimam Infantem Catherinam filiam nostram charissimam, et Ill.mum ducem Sabaudiae diuina fauente gratia contracti plurimas opportuit facere expensas ad quas sustinendas solita fidelium nostrorum subuentione opus habemus, Hinc est q habito super hoc consilio et matura deliberatione, proposuimus sicuti Regibus et Principibus Aragonum licitum et permissum est de Jure et consuetudine ac ex preeminentijs Regiae dignitatis Jus maridagij Jam ab antiquo ad id

destinatum et Regiæ Curiæ pertinens colligere et exigere in omnibus
Regnis terris et dominijs nostris ditioni Coronæ Aragonum subiectis et pre=
sertim in dicto nro Regno Maioricarum et Insulis eidem adiacentibus
et ad illud taxandum et recipiendum, recuperandum et habendum ab
vniuersis et singulis, prelatis vniuersitatibus collegijs et singularibus personis
prædicti nostri Regni Maioricarum et Insulis eidem adiacentibus qui in
similibus demandis et exactionibus soliti sunt et debent contribuere, de=
creuimus vos Egregium don didacum fernandes de Cabrera et Bouadilla Comi=
tem de Chinchon Œconomum consiliarium et Thesaurarium generalem Reg=
norum nostrorum Coronæ Aragonum eligere, deputare, et nominare cum
facultate substituendi vnum vel plures procuratorem seu procuratores et illos reuo=
candi, Tenore igitur presentium de nra certa scientia et regia audtoritate plenissima
qua fungimur potestate deliberate et consulto vos præfatum don didacum fernandes
de Cabrera et Bouadilla comitem de Chinchon Thesaurarium nostrum gñalem
ad dictum Ius seu demandas maridagij prædicti taxandum recuperandum et haben=
dum ab omnibus et singulis quibuscumque fidelibus vassallis nostris in dicto Regno
Maioricarum et Insulis adiacentibus qui ad id teneantur et astricti existant consti=
tutis illosque ad id compellendum et cohercendum deputamus creamus constituimus
delegamus et nominamus commissarium Impositorem taxatorem exactorem et
compulsorem cum facultate plenissima prædictum Ius et quascumque sententias
dicti Iuris maridagij nobis pertinentis exequi et complere facere, dictasque vniuer=
sitates prædicti Regni et Insularum adiacentium requirendum monendum et
eis Iniungendum quatenus nobis pro prædictis seruiant et subueniant pro vt na=
turales et fideles subditi Regibus suis subuenire debent et tenentur ac in simili=
bus soliti sunt ac contra eos et eorum bona qui predicta recusauerint (quod nulla=
tenus opinamur) procedendum eosque cohercendum et compellendum ad dictam
subuentionem faciendam vt vobis beneuisum fuerit, summamque quam vna=
quæque vniuersitas et quisquis alius soluere debet secundum qualitatem et facul=
tatem eorundem taxando et moderando, preheminentiam Regiam semper
conseruando ab eisdemque illas pecuniæ quantitates per vos Impositas et taxatas

petendum exigendum recuperandum recipiendum et habendum et recepisse et ha=
buisse confitendum apocham et apochas albarana fines diffinitiones et quouis ti=
tulo siue causa cessiones nomine Regiæ Curiæ faciendum et firmandum habita
consideratione ad quantitates quæ alias eadem de causa in dicto Regno exatæ et ha=
bitæ fuerunt executiones fortes et rigidas inde propterea fieri faciendum vt in si=
milibus ac debitis et Iuribus Regijs est assuetum, penasque semel et pluries vniuer
sitatibus ipsis ac singularibus personis quibusuis remitentibus et supradicta recusan=
tibus Imponendum tempusque certum et limitatum ad prædicta soluendum et
complendum prefigendum lites et controuersias quascumque super premissis mo=
tas et mouendas audiendum decidendum et fine debito terminandum vnumquoque
vel plures procuratorem seu procuratores ad prædicta omnia et singula substitu=
endum et eum vel eos destituendum et reuocandum quando et quoties fuerit vobis
beneuisum, Nos enim vobis et substituendis a vobis in et super premisis omnibus et sin=
gulis cum Incidentibus dependentibus et emergentibus ex eisdem ac eis annexis et con=
nexis vices et voces regias cum plenissima facultate plenarie conferimus per presentes
per quas spectabili magnificis et dilectis consiliarijs et fidelibus Regijs locumtenenti
et Capitaneo generali Regenti Cancellariam et doctoribus Regiæ audientiæ procura=
tori Regio Regenti Thesaurariam, locumtenenti Magistri Rationalis, ge=
rentibus vices generalis Gubernatoris, vicarijs Baiulis Iuratis Alguazirijs, virgarijs
Portarijs ceterisque demum vniuersis et singulis officialibus et subditis nostris in dicto
Maioricarum Regno et Insulis adiacentibus constitutis et constituendis dicimus
et mandamus sub iræ et Indignationis nræ Incursu penaque florenorum auri
Aragonum mille nostris regijs inferendorum ærarijs quatenus vos dictum E=
gregium Comitem de Chinchon pro Commissario Impositore taxatore et com=
pulsore prædicto a nobis et substituendos a vobis ad omnia supradicta et eorum
singula habeant et teneant a vobis et substituendis a vobis quando et quoties
opus fuerit et requisieritis ope opere auxilio et fauoribus opportunis assistant
et foueant, In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus regio communi si=
gillo a tergo munitas, Datis In villa Montissoni die quinta mensis nouembris
Anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo [illegible]agesimo quinto.

Yo el Rey V.t Frigala Vicecg. V.t Sapena Regens, V.t Campi R. V.t Terça Regens,
V. quintana R. V.t Clemens pro conseruatore generali Jn Maioricarum vndecimo
foleo centesimo septuagesimo, Nos vero confidentes de fide et in maioribg comper=
ta probitate vestri dicti doctoris Hugonis Berard, Tenore presentium constitui=
mus deputamus et ordinamq vos q nomine et vice nostris habeatis exigatis recipi
atis ab vniuersitatibg et locis regalibus et ab alijs personis istius Regni Maiori
carum et Jnsularum eisdem adjacentium tentis et obligatis ad solutionem dicti
Juris maridagij pro vt als in similibg solitum est fieri illas pecuniae quanti=
tates de quibus jam eis per nos ex nostri parte est facta petitio aut postea fiet
et seu Jnter nos fuerat concordatum de quibus quidem quantitatibus per vos virtute pre=
sentium recipiendis facietis albarana et seu firmabitis apochas et alias cautelas ne=
cessarias et opportunas, quoniam vos jam dictum doctorem Hugonem Berard, te=
nore praesentium constituimq creamq et ordinamq locumtenentem nostrum
dantes et concedentes vobis talem et tantam potestatem quae qualis et quanta no=
bis cum premisserta prouisione data, constituta et attributa est, pariter tenore prese=
tium mandamus vniuersis et singulis Bajulis subbajulis, vicarijs sub vicarijs
portarijs et alijs officialibg ad quos spectet et per vos fuerint requisiti in bonis dicta=
rum vniuersitatum et singularium personarum promptam et expertam fa=
ciant executionem omnibg mora diffugio et consulta cessantibg quibusq
et in praedictis non contrauenirant seu aliquem contrauenire permittant ali=
qua ratione seu causa sub penis in ipsa commissione Regia contentis, Jn cuig
rei testimonium presentem fieri jussimq nro sigillo sigillatas, Dat. Jn monas.o S.ti Lau
rentij Regij die secundo mensis septebris Anno a natiuitate domini millesimo
quingentesimo octuagesimo sexto, Predicta fuerunt cocessa cu reseruatione
salarij Commissarij principalis, quod penes se retinuit dictg dominus Thesaura
rius generalis, et non aliter nec als. fuit emendatu Jn linea ante penultima
hoc verbu sexto.

Testes huius rei sunt, Didacus Barrasa de Cardenas, et Dominicus Orti salum
m. sue M.tis ac Ludouicus Noguerol curiam sequetes.

Sig num Petri Franquesa locumt.is Protonotarij Jn Regnis Coro
nae Aragonu et notarij publici qui premissis Jnterfuit eaq clausit
rogatus et requisitus.

+

Poder para el Maridage de Mallorca.

fuit recepta die decimanona mensis februarij anno 1587

domeginot

Catalina Francisca (1567–97) hija de Isabel de Valois

+

Poder para el Maridage de Mallorca.

fuit recepta die decima nona mensis februarij anno 1587

domegenot

Catalina Francisca (1567-97) hija de Isabel de Valois